

# Católicas - Hino Dos Padres Marianos

Tom: E

Mater Dei Immaculata

Tibi sonent valde grata

Laeta nostra cantica

Mariani, qui vocamur

Nos libenter gloriamur

Tuo sancto nomine

Tuo sancto nomine

Virgo virginum praeclara

Nobis tessera sit cara

?Pro Christo et Ecclesia?

Petri navem Tu defende

Cunctis dexteram protende

Virgo potentissima

Virgo potentissima

Coeli luce, fac, fruuntur

Quotquot animae vorantur

Igne purgatorio

Christo Regi laus aeterna

Honor, virtus sempiterna

Cum Patre et Paraclito

Cum Patre et Paraclito

## Acordes

